Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



uiui. adiuua me. Tunc p̄fectus iussit
eā deponi dicens ad eam. Juliana ac-
cede et sacrifica. ne in tormentis deficias.
Non enim poterit te liberare. quē putas
te deū colere. Juliana rn̄dit. Vincere
me non poteris ꝑ tormēta tua. Ego in
noīe dn̄i Iesu xp̄i uincā minas tuas.
et erubescere faciā patrē tuū diabolum.
Prefectus aut̄ cōmotus ira iussit eramentū
conflari. et caput eius ꝑfundi. Et dum
factū fuisset. nichil eam nocuit. Iterū
iussit ligamēta ferrea ꝑ femora eius mit-
ti. et sic eam in carcerem recipi. Posita
aut̄ scā iuliana in carcere. cepit dicere.
Dn̄e deus omp̄s. aīa mea in exitu
posita ē. confirma me et exaudi me
et miserere mei. et ueniat mihi misericordia
tua. sicut omnibus qui te placuerunt. Dn̄e deus
meus suscipe me. et ne derelinquas me.
neq; despicias me dn̄e deus meus. Ne
ꝓicias me a facie tua. et ne deseras
me in tp̄e doloris mei. sed libera me
de his tormentis. sicut liberasti danielem
de lacu leonū. et sicut liberasti ananiam
azariā misahelē de camino ignis ar-
dentis et custodisti. ita et me custodi.
et deduc me in portū uolūtatis tue.
sicut deduxisti filios isrl̄ fugientes ex egip-
to. Exaudi me dn̄e. extingue tyrām
minas qui contra me surrexit. et fac
erubescere diabolū contra me resistentē.
quoniā tu dn̄e scis naturā humanā
captiuitatē nō posse pati. Esto michi
deus p̄sens auxiliator. et adiuua me
in tormētis que inducturus ē in me ille
qui ueri iudicij p̄ceptū nō seruat. Et dū
finisset orōnem apparuit ei demon in fi-
gura angeli noīe belial. et dicit ad eā.
Juliana multa et pessima tormenta
parat tibi p̄fectus. modo audi me et sal-
ua eris. et dū te p̄fectus de carcere foras
iusserit eici. ueni accede et sacrifica.
et effugies tormenta. Putabat aut̄
scā iuliana quia angelus esset. et dicit
ei. Quis es tu. Et dicit ad eā diabolus.
Angelus sū dn̄i. misit me ad te ut sacri-
fices et nō moriaris. Juliana aut̄
ingemiscens amarissime exclama-
uit ad dn̄m. et oculos suos eleuans
ad celū fleuit dicens. Dn̄e deus celi
et terre ne deseras me neq; despicias.
neq; ꝑmittas ꝑire ancillā tuā. sed
confirma me in uirtute tua et in noīe
tuo cōfidenti. demōstra mihi quis ē iste
qui mihi talia ꝑsuadet. Et statim facta
ē uox de celo. Confide iuliana quia
ego tecū sū qui glorifico te. Bene aut̄
istū qui tecū loquitur. ut scias quis ille
sit. Exurgens aut̄ iuliana de dolo-
ribus suis in quibus erat constricta. te-
nuit belial demonē. et dicit ei. Dic
mihi quis es tu et unde. et quis te mi-
sit ad me. Tunc demon dixit ei. Di-
mitte me. et dicā tibi. Btā iuliana
dixit. Dic mihi oīa. et sic te dimittā.
Cepit demon loqui et dicere. Ego sum
belial demon. quē aliqui afri nigrū
uocant. de malis malignus. homicidij
oblectator. gaudens tormentorū.
amator luxurie. Ego sū qui feci
adam et euam p̄uaricari in paradiso.
ego sū qui feci ut cayn interficeret fra-
trē suū abel. ego sum qui feci iob om-
nē suā substanciā ꝑdere. Ego sū qui
feci ꝓplm in deserto idola adorare.
ego sum qui feci esayam ꝓphetam in
lignea serra secari. Ego sum qui feci
tres pueros in caminū ignis mitti.
ego sū qui feci nabuchodonosor regem
imaginē facere. Ego sū qui feci irlm
infamari. ego sū qui feci ut herodes
rex infantes interficeret. Ego sum